



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 181. Concilium a Joanne per epistolam de ipsius fuga edoctum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Secul. XV.
A.C. 1415.

§. CLXXXI.

*Concilium a Joanne per epistolam de
ipfius fuga edoctum.*

Idem p. 93.

Antequam Sessio celebraretur, Joannes fugam suam Lauffenburgum arreptam Patribus denunciat, difertis verbis memorans: se Scaphusia discessisse, cum timeret, ne ibidem captivus detineretur, nec non ea, quæ in bonum unionis promisset, exequi prohiberetur. In eadem Bulla, ut Imperatori & Concilio majorem conflaret invidiam, subjunxit, quod nec illa, quæ sibi Constantiæ imminabant, pericula formidasset, sed libenter quævis subiisset discrimina, nisi veritus, ne Benedictus & Gregorius comperta ejus custodia, ex tali ausu occasionem captantes, se a cessione Papatus retraherent, & schisma diutius alerent.

§. CLXXXII.

*Congregatio de secunda Pontificis
fuga.*

Idem p. 94.

Hæc Bulla non modice turbatos reddidit Cardinales, spem inter & metum fluctuantes. Hinc enim per repetitam Pontificis fugam Concilium dissolutum iri gaudebant, illinc vero per diuturniorem